In nomine domini. Amen. Fr. Johs. Hagen

Abiciendum est peccatum quia nidus est dyaboli

Nota avis que facit nidum in medio arboris florido/ primo querit paleas vel plumas/ secundo ponit lutum/ tertio ponit ovum/ quarto fovet ipsum donec exeat pullus/ Sic facit dyabolus in homine cuius facit nidum peccati. ¶ Primo offendo verba dyabolica seu dissoluta aspere inanes et similia que sunt quasi palee/ secundo ponit lutum delectacionis/ tertio ovum consensus/ quarto fovet illum consensum donec pullus exeat male operationis. Et ideo valde abiciendum peccatum. debet nidum istum destruere apponendo ignem caritatis et amoris dei/ vel timore ignis inferni quo omnia ista comburantur et peccatum abiciat. Remanere cum uno altero istorum. sicut vidit dyabolus sit gallina sicut vidit remanere ovo in nido ponendo. Idem pap. in qu. Abicite deos alienos i. peccata que faciunt deos alienos etc.

Accedere ad christum nullus debet nisi sit mundus

Nota secundum plinium/ Elephas post commixtionem cum femina numquam redit ad gregem/ nisi prius se lavet in aqua. Sic homo spiritualis et maxime etc. si contigit quod se tetigit immiscuit cum dyabolo per peccatum numquam accedat ad gregem christi i. ad sacramentum etc. et ante debet se mundare per confessionem ut fuit preceptum. Exo. Quod de sacerdotibus qui in ingressu tabernaculi lavabant et postea quando exierunt induti. Deutero. Sacerdotes qui accedunt ad deum sanctificentur.

Abscondere peccatum est peccatum incendere

Nota experiencia probat quod ignis quanto magis absconditur et cooperitur tanto est ardencior et durat amplius. Sic ignis peccati quanto magis celatur sicut foris et ardescit per desiderium malum ideo debet aperiri per confessionem non celari. Ambrosius. Qui abscondit scelera etc.

Amaritudo penitentie curat peccatum

Nota. Ciconia sentiens se gravatam veneno vel nimis repletam querit aquam maris que est amara quam per posteriora se implet et remollit venter eius et est exonerata. Sic peccator plenus veneno peccati considerans posteriora et semoti... debet se implere aquis amare penitentie ut sit emollita conscientia per contritionem. sequitur vomitus per confessionem et a peccato caret

pro superbia denotatur que inflat cor hominis superbum ut contempnat
clericos religiosos et laycos Sed unus homo deberet videre unum
superbum cum putredo de naribus fortis et de toto corpore
exeat quare igitur superbit cum potius deberet erubescere et sic
humiliari non forte quia habet scarletum vel aliud preciosum pannum
super se sicut cophinus fimo repletus et pro nunc diem vermes
cooperies propter prima superbie Sic inflamatus fuit antiochus
de quo legitur quod inflatus erat superbia quod videbatur sibi quod
montes posset ponderare instar et quod manibus suis posset tan-
gere celestia ita superbe locutus fuerat quod in lucem vellet
destruere et templum dei terre coequare et populum dei omnino
et captivare quod deus invisibili percussit plaga quod de ipso
exibat et totus fetebat quod exercitus suus eum propter fetorem
sustinere non poterat quia tandem miserabiliter mortuus est
Taliter contingit cuilibet superbo cum non videt quod ullus sibi
sit similis a qua superbia nos custodiat pater et filius

amplius quod est mandatum in lege et modo legitur in medio
de dilectione qua diligendus est deus et qualiter di-
ligendus sit scilicet Diliges dominum deum tuum ex to-
to corde et ex tota anima tua et cetera huius quattuor modis diligendus
est deus // primo toto corde id est sapienter quod diligit deum super
omnes creaturas et super se ipsum ille sapienter diligit deum Sic
enim diligendus est deus ut nulla eque diligatur cum eo Sap
super salutem et omnem pulchritudinem dilexi sapientiam
scilicet vii sapienter diligit cum propter se diligit non propter merce-
dem Bernardus verus amor premia non requirit quod non sine
premio diligit deus licet sine intuitu premii sit diligen-
dus Item sapienter deum diligit ille quem nulla falsitas
nec vanitas potest seducere vel decipere a dilectione dei
// Secundo diligendus est deus ex tota anima et dulciter
ut nulla dulcedo temporalis vel voluptas separet eum

Cum sublevasset oculos Jhesus et c(etera) Modo secundum mores de quinque
quod fecit dominus et saciavit v milia hominum de v panibus et duobus
piscibus per pisces vel panes intelliguntur cogitaciones con-
templaciones spirituales quibus dominus fideles suos consolatur quod in deser-
to huius mundi desiderent et vere mundus iste deserto in multis
Primo in deserto est magna penuria et defectus victualium Sicut
legitur de filiis Israel quod perissent in deserto si dominus non pluisset
eis manna de celo et non dedisset eis aquam de petra Sic in isto
mundo est defectus omnium bonorum Ista paupertate conquerebatur David
dicens Miserere mei deus quoniam inops et pauper sum ego Nichil
habemus in isto mundo nisi dominus det nobis ¶ Secundo sunt in via et
faciliter errat Sic in isto mundo recta via valde a paucis inve-
nitur Quam arta est via que adducit ad vitam et pauci inveniunt
eam Causa sunt que faciunt errorem vie itinerancium scilicet raritas
signorum perversitas viarum et multiplicitas Sic in via religionis pau-
ci ambulant unde non est bene ita et illi qui debent esse
signum vie recte scilicet religiosi errant et multe sunt oblique vie
unde faciliter errant // Tercio multa sunt in deserto puta pe-
riculis Israel quando morsibus serpentum perierunt hoc est leones
dracones et serpentes sunt in deserto huius mundi qui persequuntur
fideles et opprimunt unde dicit propheta Ve ve ve habitatoribus
terre ve propter insidias demonum ve propter insultus et persecuciones
hominum ve propter diversa incommoda mundi Oremus omnes dominum ut
nos eripiat ab hiis incommodis et perducat nos ad gaudia
eterna Donet nobis pater et filius et spiritus sanctus amen

Explicit Volutas Instructorum per manum fratris Tylman

sine impedimento

¶ Item quod
umbra accipitur pro
causa propter amabilia
puer per cogitacionem


¶ Secundo aliquando carnalis de-
lectacionis quamvis in-
vitum dimittat non
innitatur etc.

¶ Explicit tabula
super tractatum decem
preceptorum pro instructione
simplicium

Johannes Henri

Deo gratias

Salus



et ad finem peruenerunt. Et
interrogantes eum per quo hec
fecisset confessus est coram
omnibus que agere voluit.
Et tunc conspirauerunt et
dederunt omnes laudem
deo qui saluauit matrem
cum filia et saluat omnes per
auxilium sancte genitricis sue
~~Marie et nunc ...~~

Miraculum de sancto Johanne Baptista et ewangelista

Due sanctimoniales
erant in quodam mo
nasterio Theutonie
quarum una specialiter dilexerat
Johannem Baptistam alia vero
ewangelistam que sepe
altercando disputabant
vna quelibet illarum contra aliam
allegans prerogatiuas sui
dilecti et altera opposuit
suas et sic perseuerat illa contra
aliam ita quod in magna ira a
liquando vix compesci pos
sent. Nocte igitur quadam
ante matutinas in sompnis
apparuit Johannes Baptista
sue dilecte dicens Soror
noueris Johannem ewange
listam multo maiorem me.

Omnia nunquam fuit homo cas
tior eo quia fuit aliquis in mundo
cui Christus matrem virginem
virgini commendauit super
pectus eius incumbens
in quo Christus speciali priui
legio amoris et castitatis
fecit dignum et ad omnia
secreta cum admisit prodi
torem sibi soli ostendit.
Ad apostolatus officium
vocauit ewangelistam suum fecit
qui Christo ante mortem et
in morte et post semper assistit
et plura que dicere dici non
possunt. Id circo voca so
rorem tuam et humiliter pe
dibus suis procumbendo
et rogando eam cum agnoscas
tuam ut tibi indulgeat
quod totiens eam exacerbasti
propter me. Adueniente matuti
nali expergefacta de tam cla
ra visione cogitare cepit.
Post matutinum cum se alia
sopori dedisset apparuit ei
dormienti sue amatrice Johannes ew
angelista dicens Soror
scias Johannem Baptistam longe
me maiorem esse. Quia
inter natos mulierum non surre
xit maior eo teste Christo

[illegible] Oculus, [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Maria [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Musica [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Explicit deo gracias etc.

198

